

**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

55. Cap. Extremâ unctione nos muniri par est, dum sumus rationis  
compotes.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](#)

dæmonis evanesceret, horrorque, quo ab  
hoc Sacramento deterrentur, in animo em-  
vertcretur.

Citrā necessitatem miraculum postulant,  
atque adeò Deum tentant, quicunque ca-  
leste hoc antidotum tum adhibent, cum in  
agone versantur, vel fractis viribus eidem  
sunt proximi. Hi profectò sese in discri-  
men adducunt evidentissimum, remedio  
tam salutari nunquam potiundi.

Vir probitatis famâ illustris, extremâ  
unctione negligētā p̄æ metu subsecutus  
propediē mortis (exigua fortassis, atque se-  
mi-deliberata Sacramenti hujus colludebat  
contemptio) post obitum jam terræ man-  
dandus, suspirans, dixit: *Væ misero mīhi*,  
*qui in centum annos ad piacularē flamas con-*  
*demnatus sum, eò quod de Extrema unctione*  
*mīnum horrorem conceperim, quā si munītus*  
*fuisem, jam pristinam recuperassēm sanitatem:*  
*adèò enim hac mortem non accelerat, ut illam*  
*potius remoretur, aut longè depellat.* (a)

## CAPVT LV.

*Extremā unctione nos muniri par est, dum su-*  
*mus rationis compotes.*

**M**eminisse oportet multum interesse  
Extremæ unctionis Sacramento nos  
muniri;

(a) Nic. Dionys. p. 2. gemina Præd. 17. 2. deft.

muniri, dum mens etiam nūm est integrā-  
sic enim, præterquām quōd spes valetudi-  
nis recuperandæ magna nobis affulgeat,  
anima uberiori donatur gratiā, magisque  
idonea redditur, ut omnes Sacramenti hu-  
jus effectus consequatur, perfectamque ex-  
citet contritionem, dum æger unā cum  
Sacerdote corde vel voce submissā dicit.

Per istam Sanctam unctionem, & suam  
missimam misericordiam indulgeat tibi Deus,  
quidquid deliquisti per visum, & sic rursus in  
Unctione ceterorum sensum.

Extrema Unctio instituta est, ut illius-  
ope feliciter & sine mora evolemus in  
cœlum: hunc in finem ægro animos  
addit, ut alacriter se opponat conatibus  
dæmonum qui sub vitæ terminum con-  
tentiore studio elaborant, ut nos in æter-  
nam perniciem præcipites trahant.

Munit ægrum contrâ horrorem mor-  
tis, desperationemque, quæ ex præteri-  
tis noxis interduin enasci solet, mentem  
illuminat, atque angores conscientiæ  
sedat.

Pellit tristitiam, quam infirmitas cor-  
poris gignere consuevit, suppeditat vires,  
quibus æger voluntatem suam ad divi-  
nam in omnibus conformet, morbiique  
molestias atque ærumnas ad extremum  
usque

usque spiritum fortiter alacriterque ferat, variosque præstantissimarum virtutum actus facilis negotio eliciat.

Denique (ut verbo complectar omnia) vitam concludit, & quasi supremam tribuit Christiani hominis perfectionem per merita pretiosissimi sanguinis Domini nostri IESU CHRISTI.

Hinc conficitur, imprudenter agere, & charitatis leges violare eos, qui mente ægrum contristent, aut lucro, commodove proprio seducti, quoscunque de extrema Vnctione sermones procul amendant, aliosque ejus receptionem ægro suadere volentes loqui non sinunt; atque ita causa sunt, cur tam salutari remedio destitutus è vita decedat, vel illo muniatnr tum, cum usum rationis amisit, quando dæmonem expugnandi, recteque agendi, ceterosque hujus Sacramenti effectus consequendi tempus effluxit.

Multum, ut liquet, hujus interest; Deus severam ab illis exiget rationem.

S. oecumenicum Concilium Tridentinum (a) damnat atque anathematizat eos omnes, qui Extremam Vnctionem à Christianis sine peccato concinni posse affirmant.

Non

(a) Can. 3.

Non paucos, qui fuissent ad inferos  
præcipitandi, hoc Sacramentum tran-  
stulit in Cœlum.

## CAPUT LVI.

## De Supremo iudicio.

**O**Mnes nos manifestari oportet antè tribu-  
nal Christi, ut de bono, & malo, quod  
egerimus, judicemur. Nihil illo certius;  
nulla de re S. Scriptura clarius differit.

Tria sunt, quæ judicium supremum fa-  
ciunt perquām horribile, stricta reddenda  
ratio, summa ignominia, irrevocabilis  
æternæ damnationis sententia.

Nullum verbum nullum opus, nulla co-  
gitatio, nullum vitæ momentum præteri-  
bit, nisi exactissimè discussum, ut pro eo  
vel merces tribuatur, vel poena interrog-  
tur.

Quid tibi erit animi, dum tot pravas co-  
gitationes, tot nefaria opera, tot otiosa,  
atque impura verba, tantam temporis  
iacuram, totque gratias neglectas corāni  
intueberis? Quis tibi tum erit sensus?

Accurata ratio, quād de uno dumtaxat  
die Deo redditurus es, te incredibili  
consternatione,